

Statuta Conradi ij

Incipiunt capitula

statutorum ecclesie Coloniensis a bone memorie domino Conrado archiepo Coloniensi edita.

Primo de manifesta cohabitatione clericorum.
Item de manifesta negociatione clericorum.

Item de insufficientia que est illitteratura clericorum.

Item de tonsura clericorum.

Item de clericis symoniacis.

Item de clericis irregularibus

Item de dormitorijs. de lectura tabule capitularis. de lunationibus et kalendis

De memorijs defunctorum et diuino officio pro eis faciendo. de modo eundi in capitulum agendi et procedendi in eodem

De ordine ministracionum ad altare. et de modo canonicorum comedendi et dormiendi omnia sub vno contextu.

Item de campanarijs et custodibus simul.

Item de decanis scholasticis cantoribus et canonicis simul.

Item de capellanis regalibus episcopalis et prepositorum. et qui non debent esse huiusmodi capellani.

Item de pistrinis ecclesiarum.

Item de prepositis et eorum capitulis quomodo se inuicem habere debeant.

Item de electionibus capitulorum

Item de emunitatibus et muris earum.

Incipiunt statuta predicta.

In nomine domini Amen.

Dominus Conradus dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus sacri imperij per Italiam archicancellarius. In agrum domini cure nostre commissum. de mandato aplice sedis diebus per octiduum visitacionis ingressi plura in ipso que vtiq; credebamus offen-

dicularum inuenimus zizania diversorum. Si enim mala opa conuersacionis et scandala pueritatis in clero recte zizania sunt celandi. incepti super hoc propositum negocii prosequamur. In primo quidem extirpando radicibus vicia ut deinde fructum germen laudabile. vnde fructus salutis pronentat inseramus. Quia igitur ista bonorum plantatio germinum. et extirpationes viciarum in agrum debent absque correctionis remedio fieri non valeat oportet ne. sine qualitate et modis excessuum correctionis canonice modos prouidemus adhibendos. Hanc est ea que nobis generaliter diuersorum offendicularum visitacionibus occurrunt in aliquibus clericorum sunt ista et quasi marie in eorum copulibus vitata. manifesta cohabitatio. habitus clericali incongruus discipline. In nonnullis quoque eorum negociatio detestanda. insufficientia que est illitteratura in multis. quos clericos solo nomine non recte consideratione censemus. Et preter hec aliqua alia in nonnullis eorum occurrunt hinc notam tabe ecclesie. De manifesta cohabitacione notatis ita hinc canonicas precipimus sanctiones.

De manifesta cohabitatione clericorum.

Am enim manifestos cohabitatores seu concubinos censemus

Non solum eos qui in suis domibus tenent concubinas. verum omnes generaliter eos etiam qui mulieres fornicarias extra domos suas manentes suis manifeste procurant sumptibus et sustentant. De his itaque precipimus quod tales inde in visitacione nostra notati. cessent de cetero a talibus peccati commercio. et in pena commissi excessus intrent carcerem canonice discipline illi seruaturi sine more et consuetudine discipline hactenus obseruatae. De his autem mulieribus ita precipimus. quod si infra emunitatem. quod absit. fuerint cogite manentes vel prope emunitatem. De

A ij.